UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Argumentum epistole. viij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

¶ Liber Primus

Tandem dormitum dimittitur: hinc vbi ſepe
Occultum viſus decurrere piſcis ad hamum
Mane cliens et iam certus conuiua iubetur
Rura ſuburbana indictis comes ire latinis
Impoſitis mannis aruum coelumq; ſabinum
Non ceſſat laudare. videt. ridetq; philippus
Et ſibi dum requiem: dum riſus vndiq; querit
Dum ſeptem donat ſeſtertia: mutua ſeptem
Promittat perſuadet: vti mercetur agellum
Mercatur: ne te longis ambagibus vltra
Quam ſatis eſt: morer ex nitido fit ruſticus: atq;
Sulcos: ⁊ vineta crepat mera preparat vlmos
Immoritur ſtudijs: ⁊ amore ſeneſcit habendi
Verum vbi oues furto: morbo periere capelle
Spem mentita ſeges: bos eſt enectus arando
Offenſus damnis: media de nocte caballum
Arripit iratuſq; philippi tendit ad ędes
Quem ſimul aſpexit ſcabrum intonſumq; philippus
Durus ait vultei nimis attentuſq; videris
Eſſe mihi pol me miſerum patrone vocares
Si velles inquit verum mihi dicere nomen
Quod te per genium dextramq; deoſq; penates
Obſecro: ⁊ obteſtor vitę me redde priori.
Qui ſimul aſpexit quantum dimiſſa petitis
Pręſtent: mature redeat repetatq; relicta
Metiri ſe quemq; ſuo modulo ac pede verum eſt

¶ Argumentum epiſtole. viij.

d Eſcribit ſe non recte valere. non quia aut corpore
egrotet, aut calamitatem in bonis fortune paſſus

ſit. ſed quia varijs perturbationibus afficiatur animus ſuus atqꝫ in omni vita ſumma vtatur inconſtantia. neqꝫ tñ recta monētibus amicis ⁊ philoſophis obtēperare velit Hec ſibi ineſſe fingit ꝙ tamen in Celſo erant, ẜ; quia homo ſupbus in his corrigi iniquo aīo ferret. tentat illū exemplo ſui a vitio auertere, nam multa vitia in alio cognoſcimus, ac ſummopere damnamus. que nimio amore noſtri in nobis eſſe negamus, ſed cum in alijs audimus nulla reprehenſione irritati, ſed vero iudicio moti. tunc demū ad nos reuerſi nos illorum putet

⁋ Celſo Albinouano

Celſo gaudere ⁊ bene rem gerere Albinouano
Muſa rogata refer comiti ſcribeqꝫ Neronis
Si queret: quid agam dic multa ⁊ pulchra minantem:
Viuere nec recte nec ſuauiter: haud quia grando
Contuderit vites: oleamqꝫ momorderit eſtus
Nec quia longinquis armentum egrotet in aruis
Sed quia mente minus validus quam corpore toto
Nil audire velim: nil diſcere: quod leuet egrum
Fidis offender medicis: iraſcar amicis
Cur me funeſto properent arcere veterno
Que nocuere ſequar: fugiam que profore credam.
Rome tibur amem: ventoſus tibure romam
Poſt hec vt valeat: quo pacto rem gerat ⁊ ſe
Vt placeat iuueni percunctare: vtqꝫ cohorti
Si dicet recte primum gaudere: ſubinde
Preceptum auriculis hoc inſtillare memento
Vt tu fortunam: ſic nos te celſe feremus

⁋ Argumentum epiſtole. ix.

Hec magna epl'a eſt nec ex abdito eiꝰ eruenda ſentētia cōmendatitia eſt ⁊ in gñe deliberatio ſcripta cuius finis ē vtilitas atqꝫ honeſtas Oſtēdit autē maxime pudorē nō mediocrē nos ſeruare oportere ſi quē magno viro cōmendamꝰ. ne forte inſolēter vi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN